

Eandem rem pari cum Nasone suo prope extulit  
Poetarum Latinorum princeps vocabulo, cum di-  
xit:

*Tum durare solum, & DISCLVDERE Nerea ponto  
Capit, ut & rerum paulatim sumere formas.*

Secutus vterq;, nisi fallor, Diuinum Scriptorem,  
(quanquam nescio quo duce) Geneseos libro ita  
prophetantem.

*Terra erat informis & inanis, tenebræque erant in  
superficie abyssi: Fecitque DEVS distinctionem inter  
lucem & tenebras, dixitque; confluant aquæ in locum  
vnum vt conspicua sit arida. Notum est,*

ILLVSTRISSIME DOMINE,

quæ sit præcipua ac pene vnica Artis chymicæ fun-  
ctio: nēpe *Separatio Puri ab Impuro*, vel, vt Coryphæus  
Prophetarum loquitur, *Distinctio inter Lucem & Te-  
nebras*: vt Ovidius *Diremptio Litis*: vt Maro, *Disclusio  
rerum*. Hæc est ipsius Naturæ, quæ *MATER Vni-  
uersi*, operatio omnium prima; cum insita quadam  
Diuinitus vi tenebrosum illud *Chaos*, leparatione v-  
nius ab altero in pulcherrimum istum ordinem re-  
ductum, Mundum ita Chymice effigiauit: vt subla-  
ta per *distinctionem* purissima Lux ab impuris Tene-  
bris, inque summas Mundi partes collocata, pellu-  
cidos

)? ( 3

cidos